



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 10. part. 5. Decisio CXVI. Rota non solet exequi sententias, nisi  
gustatâ earum justitiâ; ab executione sententiæ notoriè iniquæ etiam  
merus executor abstinere debet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad Quæst. 10. part. 5.

## D E C I S I O C X V I .

Rota non solet exequi sententias, nisi gustatâ earum  
justitiâ; ab executione sententiæ notoriè inique  
etiam merus executor abstinere debet.

R.P.D. Robusterio.

Decis. 10.  
par. 1. dicitur.

Romana Grani de Justinis.

Veneris 18. Martii 1575.

## S U M M A R I U M .

- 1 Stylus Rotæ est iuri conformis, ut nemo  
exequatur, quod nullum, vel iniustum  
notoriè iudici apparet ex eisdem actis.
- 2 Executor merus debet se abstinere à no-  
toriè nullo & iniusto.
- 3 Pars potest implorare officium iudicis ex  
equitate contra iniustas sententias ex  
eisdem actis.
- 4 Fallit, nisi iniquitas sit velata aliquâ  
probabili, & coloratâ ratione, vel  
causâ.
- 5 Qualitas illa dicitur notoria, quæ de iure  
communi est talis, licet possit subesse cau-  
sa ut non sit talis.

**P**ro desertione ex nimia negligentia: an autem sit attendenda ista res iudicata  
absque particulari discussione justitiæ illius, juxta stylum Rotæ plures indi-  
cabant, quod non intaret stylus Rotæ, quia jam facta est compensatio, &  
executio in ipsa sententia A. C. stante desertione: volunt tamen Domini ad ma-  
jorem



jorem cautelam aliquid amplius gustare, an saltem sit relata præsentia injustitia computationis factæ, in dicta sententia A. C. Nam stylus Rotæ est juri conformis, ut quisquis non exequatur, quod nullum, vel injustum notoriè ex eisdem actis iudici apparet. Inno & alii in cap. per Anch. consil. 211. ante fin. Calderim. consilio octavo in fin. de re jud. Dec. in cap. ex parte 2. numero quinto ver. quinto fultu, circa med. de offic. deleg. post Franc. in cap. dilecti questione duodecimâ & quinquagesima quartâ de appel. Ruin. consilio 156. numero decimo tertio in primo & consilio trigésimo tertio numero quarto cum seq. & consil. 138. numero vigésimo tertio in fin. omnes, in libro quarto §. condemnatum, de re jud. à quo etiam merus executor debet abstinere, Innoc. in cap. Pastoralis, numero septimo de offic. deleg. Luc. de Pen. in libro secundo questione secundâ ver. quinquimò secularis, C. de privil. Scola libro secundo questione 130. numero tertio. & ibi addit libro quarto. Et contra tales injustas sententias ex eisdem actis potest pars implorare officium iudicis ex æquitate, L. si me & Titium, si dem actis potest pars implorare officium iudicis ex æquitate, ut in terminis Bal. consilio centesimâ petâ. ne quis locupletetur cum aliena jactura, in libro primo. Ang. in l. fin. numero primo quadragesimo primo numero septimo cum seq. libro primo. Ang. in l. fin. numero primo nono cum seq. de verb. oblig. vel ex denunciatione Evangelica, Abb. in cap. nono numero nono ver. idem credo de jud. Barbat. consilio primo numero quarto, quinto sexto, & septimo. & consilio trigésimo octavo numero septimo in 2. Curt. jun. consilio centesimo quarto numero tertio cum seq. Bero in Citem cum quis numero trigésimo octavo, de re restituenda spolia, Nisi tamen iniustitia sit velata aliquâ probabili, aut coloratâ ratione vel causâ. Franc. in d. cap. dilecto, questione quinquagesimâ secundâ, numero 142. ver. intellige præfata & questione 55. numero 155. ante fin. ver. sic. ex quibus omnibus de appel. post Bal. quem allegat. & facit Egid. de off. 404. Corn. consilio 10. col. 2. ver. & si forte alii libro quarto. Felyn. in cap. inter ceteras, numero septimo de re jud. Dec. in d. c. ex parte in 5. limit. in fin. de offic. deleg. & in cap. cum speciali §. porro numero tertio de appel. lafon. in §. nihil commune numero centesimo octavo & Rep. numero 144. & in libro quarto §. condemnatum numero decimo septimo de re jud. & fuit resolutum in causa Toletana matrimonii coram Domino Grato 27. Junii 1569. secus si nihil opponitur vel incoloratè opponeretur. Soc. conf. 69. n. 5. lib. 4. Roman. conf. 499. num. 4. Felyn. in cap. significarunt. n. 4. de testib. Dec. in d. c. cum speciali §. porro n. 3. de appell. Claud. in l. 1. in princ. n. 19. de nov. ope. nunc. Aym. conf. 299. n. 8. Bero. q. 801. cum seq. Nam qualitas talis dicitur notoria, quæ de jure communi est talis, licet possit subesse causa, ut non sit talis. Felyn. in d. c. significarunt. n. 4. de testib. Soc. d. conf. 69. n. 15. l. 4. & facit idem Soc. conf. 27. n. 26. cum seq. lib. 4. Modern. de oblig. Camer. par. 4. q. 2. n. 4. & 5. & simplex negatio vel impugnatione non facit rem dubiam. Gl. & alii per Aym. conf. 55. n. 3. sed totum arbitrio iudicis relinquitur. L. sed & si. ex quib. cau. Major. Innoc. in c. causam que n. 5. qui fil. sint legit. Bar. Alex. & alii in l. 2. de re judic.



Ideò volunt Domini, quod præsupponantur in factò omnia ea, quæ aliàs præsupposita fuerunt, & dubitent, an præsentia in iustitia compensationis, de qua in sententia die Mercuri 20. Junii 1576. fuit resolutum constare de notoria iniustitia sententiæ, sit saltem ita velata, ut non sit amplius cognoscendum particulatim de ea, quasi in casu isto majorem difficultatem habeat, quia non agitur de temporali præjudicio, puta executione facta, sed de perpetuo, ut cognoscatur de iustitia sententiæ, quæ maximè inter se differunt. *Franc. in d. cap. dilecto quasi s2. numer. 41. circa med. ver. considera, quod aut agitur de appella. post Imol. quem in refert.*

Ad part. 5. Quæst. II. *Additio.*

**E**pis copum posse Ecclesiam construendam eximere à sua jurisdictione etiam in præjudicium successorum, licet divertum sit in Ecclesia jam constructa tenuerunt *Feln. in c. cum venerabilis num. 33. de except. Barbar. conf. 33. col. antepenult. vers. Et si dicatur lib. 1. Roch. de jure patron. verb. pro eo num. 26. Et seqq. contra Federic. de Sens. conf. 111. numer. 4. Et conf. 247. & pro utraque parte arguit Rotatorum sen. mem. Gregorio XV. dec. 4. n. 12. Et 13. quæ est supra in hoc tomo dec. 52. Et quamvis opinio Federici videatur probata per Rot. in Veronen. exemptionis 27. Maii 1594. coram Pamphilo sen. illa tamen decisio non loquitur præcisè in terminis Ecclesiæ construendæ.*

De eo autem quod sine consensu Capituli nullum valeat Episcopi privilegium vid. dec. 382. n. 3. par. 2. recent. quæ hic sequitur.

